

Obra protegida por direitos de autor

EMMANVELIS
PIMENTA
SCALABITANI

Societatis Iesv Præsbyteri
*Eborensis Academiae quondam
Præsfecti.*

POEMATVM TOMVS III.


1752



CONIMBRICÆ.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

Ex Officina Didaci Gomez de Loutreyro Aca-
demie Typographi. Anno. M. DC. XXII.





mi
sun
Em
Poe
tre

EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI

THEODOSIO

Huius nominis secundo

DUCI BRIGANTINO.

Posthumã Emmanuelis Pimenta fœ-
turam Collegium Eborense

Societatis I E S V.

D. D. C.

GRANDES iacturæ mediocres
vires non querunt, Princeps Ex-
cellentissime, & quæ humanis
maiora sunt detrimenta, diuinis
minora subsidia non suscipiunt. Plures anni
sunt, cum Eborense Collegium raptum sibi
Emmanuelem suspirat, & diuinum illud
Poetæ ingenium desolatæ Musarum pales-
træ requirunt. Quis non doleat ire in Libiti-

* 3

nam

nam humani generis delicias? At, qui susci-
tare posset, vnus eras, Princeps Excellentis-
sime; ergo ad te abiurata mortis rapina, qua-
si postliminio veniunt. Fatalis alea patronos
Augustos, Domitianos, Mæcenatesq; suos
Musæ adhuc spirantes delegerunt; Theodo-
sium Principem expirantes amant. Viua illæ
Genium queritabant: mortuæ istæ augustius
nomen implorant. Tuum hoc est ingenium, ac
penè dicam, fatale elogium, emortuas spes
alere, collapsosq; animare cineres. Testis Lu-
sitania est, quæ bibulas adhuc incendiij fauil-
las lacrymis lauit, & inter ambusta cadaue-
ra reliquias legit suas; vna tamen respirat
anima, id est, tua: neque enim ingentes illi spi-
ritus vno haustu sopiri potuerunt: oberrant,
scilicèt, magno in corpore, & te spirante ex-
tingui nequeunt. Cape igitur urnulas sepul-
tæ Musæ, Princeps Excellentissime, & qua
potes manu erige, excitaq; iacentem Poetam.

In

In te ille dum vixit, toto æstuauit Apolline:
gemina, scilicet, cantilena integræ periodis
absoluit: Altera, qua Superos: altera qua te,
Auosq; tuos Lusitanæ Reges augustos potis-
simum complexus est. Primam igitur opellam
tibi destinauimus, secundam Filio, Principiq;
Excellentissimo Ioanni condiximus. Gemino
cardine totum hoc poeseos cœlum voluetur:
quo & Societatis nostræ pondus semper ste-
tit. Addatur hæc immensæ moli sarcinula:
neque humeros subtrahere ingens Atlas: vel
Herculem tuum prouoca: equa ille ceruice
mundum expectat. Tam grata vice curret
in æuum Musa, quam cœlo beas,
& ingenti genio iuuas.

Vale.



AD LECTOREM.



COMMVNE S tibi (Christiane Lector) facimus delicias Christianæ musæ; quas neque inuidia, neque auaritia tandiù apud nos priuatas retinuit, sed ille nostro Emmanueli, dum vixit, ingenitus latendi amor, ac si in vita fûcto perseveret, nostram hætenùs industriam mirificè retardauit. Verùm ingenuas hominis latebras euicit tandèm aliquandò obstinata laboris nostri diligentia; euocatumq; ex tenebris, & lituris abstersum, quanto potuimus pumice ex politum ad communem ingeniorũ voluptatẽ publicamus. Quã pius fuerit, quàm argutus, quàm venustus, quàm gravis, quàm eruditus, totum opus faciet coniecturam. Qui
 Nazian-

Nazianzenum legit, qui Damasum no-
uit, qui Paulinum attigit, qui Pruden-
tium euoluit, qui Sedulium delibauit,
qui Boëtium recognouit, qui Sidoniũ
percurrit, qui Sannazarium lectitauit,
& sexcetos alios miratus est Apollines
Christianos, in vno credit Emmanue-
le omnes pariter reuixisse, quannis in
bicipiti nunquam Parnasso somnariit.
Quòd si pietas, ac synceritas Christia-
na haetenus Aonio in fonte algere
visa est, igneo quidem Pimentæ inge-
nio velut in Siculis recaluit officinis.
Sanè Christiano ille fuit, at miro ple-
nus entusiasmo, qui vitam perpetem
sacris musis est operatus; Scalabi nãq;
in oppido totius ferè Lusitaniæ fre-
quentissimo natus honesto loco, egre-
gijis est educatus disciplinis; datoq; So-
cietati nomine, quãquam Philosophũ

minimè malum, & Theologum adeò
excellentem egerit, vt condiscipulis &
præluceret, & præsideret; viam tamen
ingressus amœniorè, Græcis, Latinisq;
literis, quibus fuit insigniter eruditus,
totum se penitùs addixit; has septennio
partim Conimbricæ, partim Olisipo-
ne, illas Eboræ annos aliquot magna
cum laude professus. Nec solùm iuue-
tutem suam camœnis aluit, sed & oble-
ctauit senectutem; & Apollinis instar
vt in musarum choro restim duceret,
rude iam donatus, literario iterùm, tū
Eboræ, tum Conimbricæ includitur
ludo gymnasiarchus. Itaque nunquã
à meditandis, concinendisq; eleganti
carmine Seruatoris Christi, Magnæ Ma-
tris, sanctissimorūq; Heroum, ac He-
roinarum laudibus, & triumphis, eo-
rundem verus imitator, abstinuit: et si
aliquan-

aliquandò vel animi gratia, vel amico-
rum suasu, aut maiorum iussu, urba-
niori musæ indulgeret. Quo factum,
vt ex illius innumeris prototypis vo-
lumina duo, sacrae alterum, humanio-
ris alterum cantilenæ, non mediocri
sanè studio, ac labore assiduo sint col-
lecta. Secundum, mirum quidè artis
opus, propediem dabimus: primum
ecce tibi (Lector amice) fruentum da-
mus. Vale.

